[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 359.

3

3° Sermones quadragesimales. 145a–189a

Sermones quadragesimales num: 44. Primus in, cipit:" Tu autem cum jejunas unge caput tu, um Mat. VI. In hoc jejunii capite notandum est nobis." Cujus sint, adhuc ignoro; S: Vin, centii Ferrerii non esse, licet iisdem inci, piant verbis, patet ex edit: Norimb: 1492. His manus aliena septem addidit sermones diversi thematis partim mutilos, partim mi, noris momenti, quam ut iis diutius immore, mur.

Cod: CLVI.

Chartac: Fol: Saec: 15.

A 7.16.

1

Henricus de Ratisbonae

Aegidii Romani Lucianus, seu Lucidarius. 1a–124a

Aegidii Romani Lucianus, seu Lucida, rius, id est, expositio vocabulorum biblicorum ordine alphabetico. Initium prologi est: "Cum juxta sapientis assertionem bonorum la, bonum gloriosus sit fructus." In fine pro, logi auctor dicit, hoc opusculum non in, congrue nominari Lucianum, quia difficiles dictiones ex diversis doctorum descriptio, nibus producuntur in lucem. Opus ipsum incipit: " Abba sicut dicit glossa ad Gala,

" thar iiij^to hebraicum est et interpretatur pater."
Calci adscriptum est: "Explicit Lucidarius com-
" paratus per dominum Johannem Romph de
" Wet~ sub anno domini M cccc XV^o. Notan-
" dum quod anno domini M cccc XVI^o fuit mag-
" na caristia &c."

Ægidius vulgo Romanus ex nobili Co-
lumniorum familia ortus, unde et Colum-
nius, seu de Columna dictus, Ord: Fratr:
Eremit: S. August: S. Thomae Aquin: disci-
pulus, ob scientiam doctor fundatissimus
nominatus, primus cum Petro de Taranta-
sia Parisiis doctor Theologiae, et postea
Episcopus Bituricensis creatus obiit a^o 1316.
Vide Ossingerum in Bibl: August: p: 237. seqq:

2

Guilelmi Britonis Vocabularii. — Guilelmi Britonis Vocabularius cum vocabulo-
rum hebraicorum in Bibliis occurrentium in-
terpretatione latina. Incipit: "Abba secun-
dum papiam Sirum nomen est, quod graece et
latine dicitur pater. In fine legitur: "Ex-
" plicit Vocabularius Britonis anno M^o cccc^o 16^o
" per manus Johanis Romph pro tunc tempo-
" ris predicator in gmund pat~ dyocc~."

125a–175b

Guilelmus Brito, Camber, Ord: Minor:
diem obiit a^o 1356. Vide Fabric: Bibl: m.
et i: latin: T. I. p: 282.

3

Vocabularia latino-germanica
176a–227a

Tria vocabularia latino-germanica. Initium primi est: "Abreviare, chuerzen;" Secundi: "Abba hebraice vater;" utrumque ordine alphabetico. Ad calcem posterioris legitur: "Explicit vocabularius britonis anno domini M.cccc XVj°." Sed falsa mihi haec videtur: nullibi enim Britoni tale lexicon attribuitur. Primum continet verba; alterum nomina. Tertium denique continet nomina variora, ut videtur indiscriminatim collecta, quorum primum est: "Magestas(a) allmechtichait."

(a) Majestas.

4

Sermo de Neomysta.
227b–229b

"Sermo bonus de novo sacerdote." Ita rubrica; initium est: "Tu eris super domum meam et ad oris tui imperium cunctus populus obediet Gen XLI cap: Nostis Karissimi &c."

Cod: CLVII.

Chartac: Fol: Saec: 15.

A
7.17.

I

Sermones.
Adv–[illegible]
1a–59a

Sermones a nativitate Christi usque ad pascha. Primus incipit: "Invenietis infantem pannis involutum et positum in praesepio luc: 4. In hys verbis circa nativitatem Xti 4 describuntur." Ultimo Sermoni codicis possessor propria addidit manu: "Cuicunque presens liberdatus fuerit, vel qui in eo legerit, debet fideliter orare pro

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 156

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27495

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)

Handschriftencensus - Eine Bestandsaufnahme der handschriftlichen Überlieferung deutschsprachiger Texte des Mittelalters:
http://www.handschriftencensus.de/9634